




IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)



Photographic  
Sciences  
Corporation

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503

1.0  
1.2  
1.4  
1.6  
1.8  
2.0  
2.2  
2.5  
2.8  
3.2  
3.6  
4.0

**CIHM/ICMH  
Microfiche  
Series.**

**CIHM/ICMH  
Collection de  
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

1.0  
1.2  
1.4  
1.6  
1.8  
2.0  
2.2  
2.5  
2.8  
3.2  
3.6  
4.0

**© 1986**

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- |  |  |
|--|--|
| <input type="checkbox"/> Coloured covers/<br>Couverture de couleur   | <input type="checkbox"/> Coloured pages/<br>Pages de couleur   |
| <input type="checkbox"/> Covers damaged/<br>Couverture endommagée  | <input checked="" type="checkbox"/> Pages damaged/<br>Pages endommagées  |
| <input type="checkbox"/> Covers restored and/or laminated/<br>Couverture restaurée et/ou pelliculée  | <input type="checkbox"/> Pages restored and/or laminated/<br>Pages restaurées et/ou pelliculées  |
| <input type="checkbox"/> Cover title missing/<br>Le titre de couverture manque   | <input checked="" type="checkbox"/> Pages discoloured, stained or foxed/<br>Pages décolorées, tachetées ou piquées   |
| <input type="checkbox"/> Coloured maps/<br>Cartes géographiques en couleur   | <input type="checkbox"/> Pages detached/<br>Pages détachées  |
| <input type="checkbox"/> Coloured ink (i.e. other than blue or black)/<br>Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)   | <input checked="" type="checkbox"/> Showthrough/<br>Transparence   |
| <input type="checkbox"/> Coloured plates and/or illustrations/<br>Planches et/ou illustrations en couleur  | <input type="checkbox"/> Quality of print varies/<br>Qualité inégale de l'impression   |
| <input type="checkbox"/> Bound with other material/<br>Relié avec d'autres documents   | <input type="checkbox"/> Includes supplementary material/<br>Comprend du matériel supplémentaire   |
| <input type="checkbox"/> Tight binding may cause shadows or distortion<br>along interior margin/<br>La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la<br>distorsion le long de la marge intérieure   | <input type="checkbox"/> Only edition available/<br>Seule édition disponible   |
| <input type="checkbox"/> Blank leaves added during restoration may<br>appear within the text. Whenever possible, these<br>have been omitted from filming/<br>Il se peut que certaines pages blanches ajoutées<br>lors d'une restauration apparaissent dans le texte,<br>mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont<br>pas été filmées. | <input type="checkbox"/> Pages wholly or partially obscured by errata<br>slips, tissues, etc.. have been refilmed to<br>ensure the best possible image/<br>Les pages totalement ou partiellement<br>obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure,<br>etc.. ont été filmées à nouveau de façon à<br>obtenir la meilleure image possible. |
| <input type="checkbox"/> Additional comments:/<br>Commentaires supplémentaires:  |  |

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	12X	14X	16X	18X	20X	22X	24X	26X	28X	30X	32X
					✓						

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:




Législature du Québec  
Québec

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol  $\rightarrow$  (meaning "CONTINUED"), or the symbol  $\nabla$  (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Législature du Québec  
Québec

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole  $\rightarrow$  signifie "A SUIVRE", le symbole  $\nabla$  signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

THESES ET QUÆSTIONES

DOGMATICÆ AC MORALES

PRO EXAMINE AD

LAUREAM THEOLOGICAM

IN

UNIVERSITATE LAVALLENSI

---

ANNO 1878

---

QUEBECI  
TYPIS P. G. DELISLE, 1, VIA PORT DAUPHIN  
1878

---

IMPRIMATUR  
✠ E. A. ARCHPUS QUEBECEN.

---

THESES DOGMATICÆ  
PRO EXAMINE AD  
LAUREAM THEOLOGICAM

IN  
UNIVERSITATE LAVALLENSI

ANNO 1878.

---

DE ROMANO PONTIFICE.

I

Ex testimonio Scripturarum constat Christum Beato Petro primatum jurisdictionis in universam Ecclesiam promisisse et contulisse. (Conc. Vatic. sess. IV, cc. 1 et 4.)

II

Forma regiminis quam Christus in Ecclesia sua constituit, neque democratica, neque aristocratica, sed simpliciter monarchica est. (Conc. Vatic. sess. IV, c. 1.)

III

Sanctus Petrus Romanam Sedem tenuit, ejusque primatus, qui in Ecclesia perpetuus esse debet, transiit ad ejus successores in eadem Sancta Sede: unde quicumque in hac Cathedra Petro succedit, is secundum Christi ipsius institutionem primatum Petri in universam Ecclesiam obtinet jure divino,

non autem humana sive ecclesiastica sive politica dispositione. (Conc. Vatic. sess. IV, c. 2.)

## IV

Jurisdictio Romani Pontificis est ordinaria et immediata in universos Christi fideles, universosque episcopos tum distributive tum collective sumptos, ideoque etiam in episcopos in universalem synodum collectos; hæc autem jurisdictio efficienter producit Ecclesiæ unitatem quæ est finis primatus.

## V

Primatus Romani Pontificis est potestas jure divino vere coactiva, nullis ecclesiasticis canonibus circumscripta aut limitata, independens a potestate civili et qua ex toto orbe quælibet appellationes recipi ac sententiæ ultimæ ferri possunt.

## VI

Romanus Pontifex cum *ex cathedra* loquitur, id est, cum pro suprema sua apostolica auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit, est infallibilis, ideoque ejus definitiones ex sese, non autem ex consensu Ecclesiæ sunt irreformabiles. (Conc. Vatic. Constit. 1 de Eccl. Christi, c. 4.)

---

DE ECCLESIA EJUSQUE AD STATUM  
RELATIONIBUS.

## VII

Ecclesia Christi est societas supernaturalis, perfecta, inæqualis, essentialiter visibilis, distincta a societati civili, non solum bonis sed et malis constans.



## VIII

Unitas, sanctitas, catholicitas et apostolicitas sunt notæ veræ Christi Ecclesiæ, non autem prædicatio veræ doctrinæ, neque legitima sacramentorum administratio.

## IX

In Romana communionem inveniuntur hæ quatuor notæ, unitas videlicet, sanctitas, catholicitas et apostolicitas, non autem in aliis communionibus a Romana sejunctis, quæ neque sunt vera Ecclesia, neque veræ Ecclesiæ partes, sed solummodo sectæ schismaticæ aut hæreticæ.

## X

Ecclesia Christi non solum *numero* una, sed et *in se* una est, et quidem unitate triplici, *symbolica* eaque tum fidei tum professionis, *liturgica* atque sacramentorum, *sociali* legitimæque subordinationis et obedientiæ: unde rejiciendum est discrimen a protestantibus in vectum inter articulos fidei fundamentales et non fundamentales.

## XI

Ecclesia (seu corpus Pastorum informatum a visibili capite, R. Pontifice) docendi auctoritate prædita est eaque infallibili per assistentiam Spiritus veritatis. Hæc autem infallibilitas refertur quidem primo et immediate ad revelationis depositum, mediate vero ad ea omnia sine quibus depositum hoc incolume et fides integra servari nequit.

## XII

“ Inter religiosam societatis Ecclesiæ auctoritatem, cujus plenitudo est in Romano Pontifice, et

potestatem politicam christiani gubernii, ea existit ex ipsis rerum naturis relatio ut hæc sit illi nedum negative sed et positive subordinata, licet indirecte." (Conc. V Quebec. decret. XXIV, et Syll. prop LIV.)

## XIII

Falsa est doctrina quam tenent nonnulli recentiores de *Ecclesia libera in Statu libero*, qua videlicet Ecclesia a Statu, Statusque ab Ecclesia sejungendus esset. (Syll. prop. LV.)

## DE VERBO DEI REVELATO.

## XIV

Ex promissis et institutione Christi, necnon ex doctrina et praxi in Ecclesia universali semper vigente, constat doctrinam revelatam per ministerium divino-humanum successionis apostolicæ custodiri et per sæculorum decursum propagari; Scripturas vero habendas esse solum veluti instrumentum conservationis doctrinæ juxta œconomiam a Christo institutam adhibendum et a successione apostolica conservandum, et explicandum, si de legitimo earum sensu oriatur quædam dubitatio.

## XV

Quum charisma infallibilitatis singulis fidelibus minime concessum fuerit, patet nullum aliud esse medium ad servandam unitatem fidei in universalitate præter œconomiam custodum fidei seu successionis apostolicæ a Christo institutam.

## XVI

Libros sacræ Scripturæ esse divinitus inspiratos

ex doctrina apostolica probatur; est autem inspiratio supernaturalis operatio Dei in hominem scribentem qua fiat, ut Deus ipse sit auctor Scripturæ.

---

## DE DEO UNO ET TRINO.

### XVII

Dei personalis ab hoc universo distincti essentiam non modo fide credi, sed etiam citra doctrinam traditam de hac veritate, ex manifestationibus naturalibus rationis lumine certo cognosci posse, indubia est Scripturarum et Patrum sententia.

### XVIII

Voluntate *antecedente* conditionata Deus vult omnium hominum, etiam infantium salutem æternam; conditio tamen ut terminus præ quo voluntas dicitur antecedens non ejusdem est rationis quoad infantes ac quoad adultos.

### XIX

Divina natura et essentia una est unitate non specifica sed perfectæ singularitatis; personæ autem divinæ relationibus originis constituuntur et distinguuntur Paternitatis, Filiationis, et Processionis a Patre Filioque.

### XX

Spiritus Sanctus a Patre et Filio ut ab uno principio procedit et præter ejus missionem visibilem admitti debet ejusdem invisibilis missio, nominatim ad sanctificationem animarum.

---

DE ELEVATIONE AC LAPSU HUMANÆ  
NATURÆ.

## XXI

Status justitiæ originalis seu gratiæ sanctificantis, integritatis et immortalitatis in quo primi parentes constituti a Deo sunt, indebitus est humanæ naturæ ac ita supernaturalis, ut ratione gratiæ sanctificantis sit simpliciter supernaturalis, ratione vero cæterorum donorum sit proprie præternaturalis.

## XXII

Verbis S. Scripturæ ac potissimum Rom. V, 12, seqq., continetur doctrina catholica de propagatione peccati primi parentis in univèrsum humanum genus, quod peccatum originale seu mors, animæ singulis inest. veramque peccati rationem habet.

## XXIII

Dogma de propagatione peccati originalis juxta catholicam fidem et catholicam fidei intelligentiam rite propositum nullo modo rectæ rationi adversatur.

## XXIV

Protoparentes, quum mandatum Dei in paradiso fuissent transgressi, sanctitatem et justitiam, in qua per gratiam sanctificantem constituti erant, amiserunt, et cæteris quoque bonis gratuitis, quæ ex ordinatione divina cum gratia connexa erant, privati sunt: inde vero etiam in ipsa natura infirmitatis vulnera subsecuta sunt, ita ut totus homo Adam secundum corpus et animam in deterius sit mutatus.

---

## DE VERBO INCARNATO.

## XXV

Jesus Christus verus Deus proprioque sensu Dei Filius Patri consubstantialis ex Sacra Scriptura demonstratur.

## XXVI

Jesus Christus est etiam perfectus homo per naturam humanam quam Verbum assumpsit veram et integram, constantem scilicet corpore carneo et anima rationali.

## XXVII

Christus est ontologie unus Deus-homo, non alius Deus, alius homo, adeoque una est hypostasis subsistens in duplici natura.

## XXVIII

Duplex voluntas ac generatim duplex diversus ordo operationum divinarum et humanarum unius personae Christi credi debet et falsum omnino est Honorium I, R. Pontificem contrariam sententiam, monotheletarum videlicet, tenuisse.

## XXIX

Notionibus naturæ, hypostaseos ac personæ rite expositis, tenendum est 1) unionem humanæ naturæ factam fuisse immediate in persona Verbi, et per hanc cum natura divina; 2) Verbum solum nullam subiisse mutationem quando sibi propriam fecit humanam naturam; 3) hanc naturam humanam, licet singularem et integram, non esse per se hypostasim, eo quod unione substantiva facta est natura Verbi.

---

## DE B. V. MARIÆ PRÆROGATIVIS.

## XXX

Doctrina quæ tenet Beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suæ Conceptionis fuisse, singulari Dei privilegio, ab omni originalis culpæ labe præservatam immunem, est a Deo revelata, ac proinde ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credenda.

## XXXI

Beatissima Dei genitrix Maria non solum quando concepit, sed etiam in partu et post partum perpetuam ac perfectissimam virginitatem servavit.

## XXXII

Beatissima Virgo Maria est proprie ac veraciter Dei Genitrix: quæ dignitas haberi debet veluti radix ac fundamentum excellentiæ et gloriæ Virginis illius super omnes meras creaturas.

## DE GRATIA.

## XXXIII

Mérito proscripta est doctrina quæ statuit omnia peccatorum et infidelium opera esse peccata, liberumque arbitrium sine gratiæ Dei adjutorio non nisi ad peccandum valere.

## XXXIV

Ad omnes et singulos actus salutare requiritur absoluta necessitate interior Spiritus Sancti gratia illustrationis et inspirationis.

## XXXV

Distinctione facta inter gratiam efficacem et gratiam sufficientem, tenendum est 1) gratiæ efficaciam nullam homini inferre necessitatem; 2) dari in præsentis statu gratiam mere et vere sufficientem, quæ homini completam et relative ad præsentis ejus circumstantias expeditam ad actus bonos elicendos facultatem tribuit, quæ tamen inutilis red- ditur ex humanæ voluntatis resistentia.

## XXXVI

Deus pro infinita sua bonitate et peccatoribus fidelibus sufficientes gratias confert, quibus possint pœnitentiam agere et peccata cavere, et infidelibus omnibus, etiam negativis, pro loco et tempore, gratiam sufficientem impertit ad salutem procurandam.

## XXXVII

In adultis ad justificationem consequendam 1) aliquæ præter fidem dispositiones requiruntur; unde falsa est novatorum sententia solam fidem ad justificationem requiri; 2) fides ad justificationem requisita non ea est qua peccator firmiter credit peccata sibi propter Christum esse remissa, sed qua firmum assensum præbet iis quæ a Deo revelata sunt.

---

 DE NOVISSIMIS.

## XXXVIII

Existit infernus ad quem mox post mortem suam descendunt animæ eorum qui in peccato mortali moriuntur; pœnas autem damnatorum esse æternas simul ratione et fide probatur.

Dogma fidei est, existere purgatorium quo justorum animæ post mortem a residuis peccatorum maculis pœnis piacularibus mundantur et viventium suffragiis juvari possunt.

---

## DE SACRAMENTIS.

## XL

Sacramenta Novæ Legis a Jesu Christo Domino Nostro instituta neque plura neque pauciora sunt quam septem, in quorum tribus imprimitur character; omnia vero perficiuntur materia, forma et persona ministri cum intentione faciendi quod facit Ecclesia.

## XLI

Sacramentis tanquam Dei et Christi instrumentis gratia sanctificans confertur *ex opere operato*; adeoque illa non sunt solum conditio *sine qua non*, sed sunt proprio sensu causa gratiæ quamvis non physica sed morali efficientia.

## XLII

Realis et substantialis præsentia corporis et sanguinis Christi in Eucharistia demonstratur tum ex verbis *promissionis* Joan. VI, tum ex verbis *institutionis* penes tres evangelistas, et 1 Cor. XI.

## XLIII

Præsens fit corpus et sanguis Christi in Eucharistia per conversionem totius substantiæ panis in corpus et totius substantiæ vini in sanguinem, quam



conversionem catholica Ecclesia aptissime *transsubstantiationem* appellat.

## XLIV

Eucharistia est etiam veri nominis sacrificium propitiatorium pro vivis et defunctis.

## XLV

Facta est a Christo Ecclesiae suae potestas remittendi fidelibus quaelibet peccata.

## XLVI

Confessio sacramentalis omnium et singulorum peccatorum mortalium, quae post baptismum commissa sunt, divinae institutionis est et ad salutem necessaria.

## XLVII

Ritus sacer, quo in Ecclesia Christi adleguntur homines in ordinem hierarchicum, est sacramentum proprie dictum et characterem imprimit.

## XLVIII

Matrimonium est vere et proprie unum ex septem Legis evangelicae sacramentis a Christo Domino institutum, cujus ministri sunt ipsi contractantes. (Syll. prop. LXV.)

## XLIX

In conjugii christianorum inseparabilis est ratio contractus et sacramenti, atque ubi non habetur sacramentum neque habetur contractus. (Syll. prop. LXVI, LXXIII.)

Matrimonium civile, ubi publicatum est Tridentinum concilium, natura sua turpis est concubinitus; opponitur matrimonii christiani indissolubilitati atque unitati; imo etiam favet divortio materialique ac legali polygamiae.

---

QUÆSTIONES MORALES

PRO EXAMINE AD

LAUREAM THEOLOGICAM

IN

UNIVERSITATE LAVALLENSI

---

ANNO 1878

---

I

Definitio actus humani. Quænam sunt principia actuum humanorum? De necessitate voluntatis et advertentiæ ad actum formaliter bonum vel malum.

II

Quomodo moralitas ex objecto, fine et circumstantiis provenit? De merito.

III

Quid de conscientia erronea, dubia et scrupulosa?

IV

De probabilismo.

16

V

De natura et proprietatibus legis. De ejus ob-  
jecto et subjecto.

VI

De promulgatione legis. Definitio legis, natura-  
lis, divinæ, ecclesiasticæ, civilis.

VII

De peccatorum gravitate ; de eorum distinctione  
specifica et numerica.

VIII

De fide et spe.

IX

De caritate erga Deum et proximum.

X

De eleemosyna ; de scandalo ; de choreis et spe-  
ctaculis.

XI

De adoratione et de oratione.

XII

De juramento : definitio, conditiones et obligatio  
juramenti.

XIII

De voto : definitio et divisio voti ; conditiones ad  
votum requisitæ ; materia voti.

## XIV

De iis quæ generatim diebus festis præstanda sunt. De causis ob quas opera servilia die festo permitti possunt.

## XV

De obligationibus filiorum erga parentes, et parentum erga filios.

## XVI

De occisione proximi. De duello.

## XVII

De mendacio in genere. De detractione.

## XVIII

De annua confessione et de communione paschali.

## XIX

De essentia et obligatione jejunii. De unica refectione diebus jejunii, et de collatione serotina.

## XX

Homo potest esse proprietarius erga alium hominem. Si homo quilibet bona quædam legitime sua fecerit, in illa jus per se inviolabile acquisivit.

## XXI

De dominio: definitio, objectum et subjectum domini.

## XXII

De conditionibus requisitis ad legitime præscribendum.

## XXIII

De causis a furto excusantibus, id est, de necessitate et de occulta compensatione.

## XXIV

De obligatione restitutionis. De injusta damnificatione. ♦

## XXV

De restitutione ob damnum in bonis animi. De restitutione ob homicidium. De tributis.

## XXVI

Definitio, divisio et materia contractus. De errore in contractibus.

## XXVII

De titulis ab usura excusantibus.

## XXVIII

De obligatione recitandi divinum officium. Num attentio interna in recitatione divini officii sub gravi requiritur? Quænam sunt causæ excusantes a recitatione divini officii?

## XXIX

De obligationibus parochorum: a) quoad residentiam; b) quoad orationem; c) quoad prædicationem; d) quoad administrationem sacramentorum; e) quoad visitationem ægrotorum.

## XXX

De obligatione ministrandi sacramenta. De obligatione denegandi sacramenta indignis petentibus.

## XXXI

De requisitis ad validam et licitam receptionem sacramentorum.

## XXXII

De obligatione Eucharistiam dispensandi, et de modo eam ministrandi infirmis.

## XXXIII

De obligatione suscipiendi Eucharistiam. De dispositionibus requisitis in subjecto Eucharistiæ a) quoad animam, b) quoad corpus.

## XXXIV

De applicatione sacrificii missæ. De obligatione celebrandi a) ratione sacerdotii, b) ratione stipendii.

## XXXV

De materia remota, proxima, necessaria et sufficiente sacramenti penitentiae. Quænam præsentia reputatur moralis in ordine ad absolutionem?

## XXXVI

De forma conditionata absolutionis.

## XXXVII

De contritione in sacramento, et extra sacramentum.

## XXXVIII

De proposito.

## XXXIX

De obligatione confessionis, de ejus integritate et sinceritate.

## XL

De peccatis dubiis, et de circumstantiis peccatorum.

## XLI

De causis ab integritate excusantibus in genere, et speciatim quoad moribundos.

## XLII

De examine conscientiæ, et de confessione rependa, necnon de confessione generali.

## XLIII

De impositione, obligatione, mutatione, et adimplentione pœnitentiæ sacramentalis.

## XLIV

De necessitate jurisdictionis et approbationis ad confessiones audiendas.

## XLV

De defectu jurisdictionis incognito, seu de errore communi et titulo colorato; de jurisdictione dubia, et de jurisdictione in casu mortis.

## XLVI

De absolutione concedenda, differenda aut deneganda. De recidivis.

## XLVII

De natura et effectibus sponsalium.

## XLVIII

De necessitate et circumstantiis bannorum. De revelatione impedimentorum.

## XLIX

De impedimento cognationis naturalis, et de impedimento affinitatis.

## L

De impedimento clandestinitatis. De vi decreti Concilii Tridentini, et de assistentia parochi.



